




**Nucleus emblematum selectissimorum, quae Itali vulgo
impresas vocant privata industria studio singulari ...
inventionibus auctus, additis carminibus illustratus**

<https://hdl.handle.net/1874/39345>



ARS DAPIATRIX NATVRÆ

MINERVA NON REVGANANTE



COLONIE
 E Muzeo coelatorio
 CRISTIANI PASSAEI.
 PROSTANT
 Apud Ioanne Lanfoniū
 Bibliopota Arnhemie

G





Vmbris juuentutis formaz florentis Imago,
Ut nitet artificij reddita cunq; manu.
Exterius talem fixit Natura; quod intus
Mens agitat GENII est, viuet id INGENIO.
En teres os; hilaris frons, lumina binâ gemmae.
Sideris len vegetis sincipit ingenij!
ROLINHAGIDA E, pingat si singula leuis, acuta
Pingere num potis est, indolis effigiem?
Valens Cremcouius.

IN EMBLEMATA D. GABRIELIS ROLLENHAGIL

*S*ic oculis Templum varijs cœleste renidet,
*I*mperiū Patris omnipotens sapientis adūbrās.
*D*ædala sic varijs Tellus se floribus ornat,
*F*ucundà Veris blandum ridentis in horâ.

*A*dſciunt tacitis ſpectantes talia ſenſis
*S*chemata, ſi quibus hac ſaltim ſpectare lubido eſt.

*Q*uem non ROLNHAGIDÆ capiunt EMBLEMATA, miris

*P*icturata notis, aptè diſtincta Figuris,
*U*tilibus monitis Vitæ communis ad uſum
*P*lena, breui ſenſures exſinuantia multas;
*I*lle(nec immerito) Putris Mihi Fungus habetur.

Valens Cremcovius.

CAN-

CANDIDO ET BENEVOLO LECTORI.

Non minus verum quam tritum est illud
Horatij:

Omne talit punctum qui miscuit vile du lci.

Videmus enim plerosque omneshomines quæ
cumque agunt duabus his rebus metiri, Vtilita-
te, in qua, & Voluptate: quibus si tertia accedat,
Honestas, enim vero iam nihil ad perfectæ Vir-
tutis deerit actionem. Ad litterarum quidē stu-
dia quod attinet, vt lubenter quidquid ad ani-
mum tam scientia imbuendū quam bonis mo-
ribus excoléendum facit, in rerum Honestarum
numero habendum esse fatemur; ita illud, cre-
do, nemo negabit, esse quædam quæ ad Volup-
tatem magis quam ad vitę tam communis quā
priuatae Vtilitatem accommodata sint. Ex hoc
genere sunt qui Poeticam quoque artem esse
censem; vt pote qua, illorum iudicio, sine mag-
na iactura facile possimus carere. Evidem Po-
etices defensionem hoc loco suscipere animus
mihi non est; quum & diuinum hoc studium
suopsius clypeo contra omnes calumnias satis-
superque protegatur, & patronos iam olim in-

uenerit, & etiamnum inueniat non paucos.
Sed ut in ceteris fere omnibus rebus, quamuis
eodem genere comprehensis, magna est diuer-
sitas: ita in Poematis quoque. Evidem sic
semper existimauit, ea Poemata quæ non tan-
tum syllabarum certis legibus astrictarum ve-
nustam concinnitatem præse ferrent, sed eti-
am penitorem quandam eruditionem, vitæ
formandæ aptam, spirarent, magni facienda
esse. At quemadmodum in picturis cordati vi-
ri non tam ipso pulchræ tabulæ aspectu, quam
rei ipsius siue historiæ quæ ibi depicta est, me-
moria afficiuntur; ita honestus animus non
tam metri volubilitate, quam rerum eo adum-
bratarum pulchritudine capitur.

Inter omnia vero Poematum genera non
infimum sibi locum vindicant, ex inuentio-
nes siue animi lusus, qui EMBLEMATA vulgo
go dicuntur: quibus illa præterea gratia acce-
dit, quod præter litteratam illam Poesin, ab
altera quoque veluti Dea Pictura scilicet, non
parum ornamenti & cultus accipient. Ita fit
ut & versibus audiendis aures, &, præsertim
artificiose sculpta inspicienda imagine, oculi,
vtris-

vtrisque vero animus mirifice recreetur atque
oblectetur. Sed quemadmodum hodie

Scribimus indocti doctique Poemata passim:
ita pauci semper fuerunt qui in argute inueniendis & apte explicandis his ingenij lusibus
excelluerunt. Superiori quidem tempore in-
ter primos Andrēas Alciatus, magni nominis
Iurisconsultus, paruo quidem sed docto edito
Emblematum libello, magnam laudem con-
sequutus est: quem Sambucus, Hadrianus Iu-
nius & alij sequuti sunt, quamquam dispari
passu. Et his quidem omnibus, & si qui alij in
hoc choro pedem posuerunt, suam landem
lubenter relinquimus, illud tamen sine iactatio-
ne dicere posse videmur, hoc in genere ei quod
iam elaboramus par opus hactenus non prodi-
isse. Figuras enim non in lignum, ut illi, sed in
æs incisas damus, nec nudas, sed parergis nō in-
uenustis exornatas. Versus pauci sunt; sed apti,
perspicui, rotundi. Hoc vero vniuersum opus,
beneuole Lector, doctissimo viro D. Gabri-
eli Rollenhagio, amico nostro singulari, de-
bes: qui quinque Emblematum Centurias
quum

quium ex alijs collegit , tum etiam non paucas
ex suo ingenio nobis dedit . Earum primam.
iam in lucem edimus , ceteras , si vitam nobis
Deus largiatur , deinde addituri . Interim
his fruere : & Auctori à Deo fausta
omnia precare .



REVERENDISSIMO
ET POTENTISSIMO PRINCI-
PI AC DOMINO, DOMINO CHRISTI NO-
GVIELMO, ARCHIEPISCOPO MAGDEBURGENSI,
Primati Germaniae, Marchioni Brandenburgensi, Bo-
russiae, Stetini, Pomeranorum, Cassubiorum, Hene-
torum, nec non in Silesia Crostae & Carnouicæ
Duci, Burggratio Norimbergensi, Rugi-
æque Principi, Domino meo
clementissimo.



*I*gnatione reuerendissime,
famâ illustrissime, ditione
potentissime, ortu genero-
sissime, indole prstantis-
sime, doctrina literatissi-
me Antistes, quod de rei
rusticæ Oeconomio, ve-
tus commentator putat, operosior (inquiens)
est negligentia quam diligentia, ego de homine
quouis industrio verum esse aio, cui leuis ces-
satio ignauia, torpens ocium poena. Mihi,
quem à teneris secura parentis educatio ad
bonas literas, & diuturnus oninia Sapien-
tiæ viridaria liberrimè peruelitandi & suo
ysui apta delibandi mos, ardore studiorum,

B

quo-

quorum radices Magister eloquentiae Isocrates per amaras, fructus miræ dulcedinis credebat, magis magisq; inflammauit, mihi inquam, cui quod absque arrogâte iactantia dixerim,

nullum tempus abiuit iners.

Nihil autem grauibus curis attritum & seueris meditationibus nubilum animum suauius afficit & serenat, quam Tribulum nostrorum (quos olim magno, iam vili nomine Poetas vocant.)

Et decus Phœbi & dapibus supremi Gratæ testudo Iouis, & laborum

Dulce leuamen,

quo ambitioso Elogio, insanientis Sapientie consultus Flaccus, suas carminum delicias dignatur.

Qui ita amoeno ingenio nati sunt homines, quicquid ubique Flosculorum in his Musarum pratis aspectu suaue, sapore gratum, acrimoniam præstans, naso (quem sibi solis datum opinantur) sagaci, sedulitatem Apiculæ imitati, indagant, feligunt, & suis in loculis, olim bonâ fide nec sine fœnore promendum,

repo-

reponunt.

Hoc ego pacto, occulto genij impellentis
instinctu, ex infinito Picturarum poetica-
rum, quæ E M B L E M A T A, Græci Itali IMPRESE
vocant, numero, ea quæ neruis, succo, sanguine
& anima sua non destitui deprehendi, in
aliquot Centurias digessi, meis inuentionibus
locupletaui, & breuissimis symbolis ornaui,
singulisque saltem distichis, animo se-
reno, horis subseciuis, ambulans & inter-
dum stans pede in uno accurate explicui. Nec
omnino inuitâ Mineruâ, si viris summis Ca-
selio, Grutero, Taubmano judicibus haberi
fides debet. Ego illis plus certè credo quam
mihi, quam cæteris omnibus, quos, nisi his
sacris non leuiter initiati sint, manus violen-
tas abstinere jubeo. Si enim vsquam profecto,
hic nimis verum: *Nec sutor ultra crepidam.*
Inueni etiam egregium & solerter chalco-
graphum Crispinum Paslæum, qui mihi vltro
suam operam detulit, & latis ad meam
mentem apposite cupreis ea laminis incisa,
foras dedit.

Verum

Verum enim verò, quoniam apud te, *Venerande Präful*, ut communis famæ sermo fert, saus est virtuti honos & sapientiæ; Nos, qui utriusque candidati esse potius quam haberri aut perhiberi optamus, ad te CHRISTIANE GYILIELME, tanquam ad cælitus ingenijs elegatibus heic loci destinatum Brabeutam, agmine facto concurrimus, guttulis priuati sudoris bonæ spei publicè tuo nomine litantes.

Habe ergò Tibi heic, à me humili tuo seruo, PRIMAM EMBLEMATVM CENTVRIAM, leuidense munusculum: quod si tam iucundum Tibi erit quam legentibus & intelligētibus gratū fore confido, o bellam hanc à me feliciter collocatam arbitrabor: sin; oleum & operam non vnuis mei ordinis, nec primus iam de-
mum perdidii.

DE-

DEDICATIO.
AD REVERENDISS.
ET ILLVSTRISS. ARCHI EPI-
SCOPVM MAGDEBURGENSEM, PRIMATEM
Germaniæ, &c:

CHRISTIANVM GVLIELMVUM.

ANTISTES patriæ, PRIMAS Germanidos ora,
A Virtuti penes est quē tribuendus Honos.
Ingenijs cœlo Te numen donat amicum,
Ut patrocinio Nostueare tuo.
Eccetibi, cupreis EMBLEMATA rara tabellis,
Aureaque artifici SYMBOLA sculpta manu.
Si pensare voles Genij ludentis acumen,
Est bona, cur plaudam, causa reperta mihi,
Sin, nihil dantem, munus si vile putaris,
Vnus ego haud operam ludo Poeta meam.
INGENIVM QVONDAM FVERAT PRECIO-
SIPS AVRO,
Ipse querebatur, tempore, Naso suo.
Sum templi pars una Tui, sacrisq; ministro,
PRÆSYLE que SVMMO TE M A D E B U R G A
facit.

B 3

Ner

Non mihi maior erat, nec dano dignior ullus,

Te Mecenatem nuncupo iure meum.

Tu modò munis ama, nec munera parua refuta.

Spernitur haud magno mica minuta Iovil.

Sic tibi succedant quæ concipis, oscine dextro,

Institià vigeat, Te Duce, Pacis opus.

idem Auctor

IN

EN EMBLEMATA ROLLEN-
HAGII ET PASSAEI

Epigramma Iani Gruteri.

EST à se fateor, satis illecebra Poësis:

Picturaq; vltro gratia summa suæ est.

Hac sed ubi simul & simul illa iugātur in unū;
Coniugio tali dulcius orbe nihil.

Sic adamanta aurū; Lunā sic astra coronant:
Sic coeunt rubris lilia cana rosis.

Quis feret heic primas? ut Rollenbagius aures:
Lumina Passaui sic beat arte sua.

Pascere posse aures; est ipsam pascere mentem:
Quique oculos pascit, pascit & ille iecur.

Mente nihil prius est: iecur est nutricula cordis.
Ut nil mente prius, sic quoque corde nihil.

Palma igitur neutri cedet, vel cedet utrique:
Aut adeo hanc Charitum cedet uterq; choro.

O certamen amœnum! ô ius mirabile palma!
Victus uterque placet: victor uterque iacet.

IN EMBLEMATA DOCTISSI-
MI VIRI GABRIELIS ROLLENHAGII
à solertiſſimo Crispino Paſſaeo in æſ in ciſa.


Quis nouus iſte liber, Tam miranda arte politus?
Cui tantum debemus opus? Tibi nempe diſerte
Rollnhagide, doct̄ & quimentis acumine, multo
Cum ſudore, vnum congeſisti hac in aceruum.
Sed quoque pars laudis noſtro, me iudice, magna
Paſſaeo tribuenda venit, qui ſculpere doct̄is
Hac voluit digiſis. Opere ergo hoc pulcrius eſſe
Anquidquam poſſit. simul A R S & M E N S ubiſpirans.



*Disce bonas artes, et opes contemne caducas.
VITIVR INGENIO; CAETERA MORTIS ERUNT.*




*Omne malum exsuperat CONSTANS SAPIENTIA mortem
Spernit, et aduersa Sorte tonante viget..*



*LEX REGIT, ET hostes contrā ducis ARMA, INVICTV
Hunc populum Legis, qui sacra iussa facit.*



*NE TENEAR, postea cauet pars vertice raso,
Caesariem qui scit prendere, fruntz sapit.*




Sapè LABORE fuit VIRTUS, VIRTUTE PARATA
GLORIA, non alio conciliandam modo.



VIRTUTI SORS NULLA NOCET volat aurea virtus,
Vtira Helicendum Sors perfida verfat humum.



NON SCEPTRO virgo SED PLECTRO DUCITVR. Murem
Spernit amor, venerem Musica blanda mouet.
Est hic vterq; tamen fallax Amor, instabilisq;
At firmus Virtus quem parit unus erit.




*Esse prius cupis HNC saltē adspice qui fuit oī
Tu quod es, et quod eris, mox erit ipse, ciniſ.*




*CONSILIVM IN tenebris capias et nocte profundâ:
Humanis obscuris sensibus alma dies.*




Non aduersa timet SPERNITQ PERICVL A VIRT,
Illa vel in medio, nescit obire, mari.




LENTE equidem, TAME ATTENTE gradior non nullus est;
Si modò sat bene quo vis, cito sat venies.




Οστένι τῷ κόσμῳ ἐνῶν νῦν πάντα λέλοιται.
 Παντάλισῶν κόσμος, πάντα Θεοῖς ἔχει.






*Navigo REMIGIO felix VENTISQ; SECUNDIS ,
Sic bene perficiam quod bene capitur.*



*Nescio quo vertam mentem, vocat ardua virtus
 Huc illuc Venus et splendida Luxurias.
 At tu si sapi, Hercules imitare labores:
 Sperne voluptatem, deliciasq; fuge.*




CONSUMMOR miserum flamas DVM NVTRIO, lignū,
Officium in damno est: nil bene facta juvāt.




*Concussus surco, casus me tollit in altum,
Plaudit ut in medijs Mens cruce preffa, malis.*



DVM EXTENDAR, duros ictus tot perfero nomen
Obclarum cur quis ferrre recusat idem?




*Maturam longa nocet spes omnis in alis
Instat qui te vult prendere Papilio.*



*Volute scopum donec, licet ægre, attingere possis,
 Et frvstra, molem volue reuolve tamen.*



Perfer et obdura Tempestas TRANSEAT olim,
Fulgebit purior latior axe dies.




Grana velut putrefacta nouas meditantur aristas

Sic VITÆ MORS est haec quoq; PRINCIPIVM.






Quid si sic forsan cubito sum longior, heu heu.
Non ars Naturæ corrigit, Inogenium.



*Ut potiam patior stimulos pro melle dolores,
Mille et mille feram pectora delicus.*



*Consequitur quodcunq; petit dylimna sagittis,
Et mens consequitur quod pia cunq; petit.*




Non tu quiam CREBRO jaculeris, QUAM BENE refert
 Contingat metam, missa sagitta suam.



DVRABO, et quondam res exspectabo secundis,
Quamvis nunc male sit, non male semper erit




Certe VBI TYNDARIS est ibi TROLA, vbi belle puella
Bella mouet telis, amula turba suis,
At tu, ni Paridis cupias mala fata subire,
Cuiq; suam sponsam linque, tua retine.



Omnē malū superat VICTRIX PATIENTIA DVRI

Vt nec ab imposito pondere PALMA perit






Nitere in aduersis, NON VNO STERNITVR ET TV,
Quia longo è durâ tempore, crevit humus.



*Nudrisco il buono, il reo spegnr:
Trasassa danno il ferf' ingegnr.*



Astra regunt homines, sapiens DOMINABITUR ASTRIS
Et poterit notis cautior esse malis.




Artibus ac Armis ab utrisque ego CÆSAR in orbe

Dicor, erunt artes Armaq; noster amor:






PERSEQUIAR EXTINCTU te, ô Pyramé qui tua leſit!
 Viscera muero Iecur tranſeat ille meum
 Quis tua caſtra ſequi cupiat, ô ſane Cupido,
 Qui tanta trachys aſperitate tuos :



Vero amore pari face cum FLAMMÆ CIT VTEROS.

Is dici meruit non simulatus AMOR.



Non mihi condonemus, sed gratus POSTERITATI
Quod dederant atque reddere constitui.
Coniugij hic casti typus est, cui sola propago
Est scopus, et serue Posteritatis amor.




En struthum NIL PENNA puerat, quod nesciat uti :

Non PENNA EST scribas que facit, usq; erit .




DUM CLA VM RECTVM TENEA MU naum guber*n*e,
Vun*i* com*mit*t*am*, caetera cun*c*t*a*, Dec*o*.



Sit gallo sciens feriat me ita Jupiter ultor,

Dicebat pangens fædera ROMA vetus.





*SPEQ METVQI PAVET calido cor amore perustum
Spes est sollicito plena timore venus*



Così uno Piace r condice à morte,
O de ris et acerba sorte.



Ad Diuos MANIBVS PVRLS aduenio, fidei
Pectore, quo possint pondus habere preces.






*Garrula quo TENDIS: quo te furor impia lingua
Abripit Ali presso, discr tracere, labro.*



Βλέψονταν θύμ' ἀσκῆν ἡλίου φάσις,
Ἐσιθοίδει, εἴ τι βρανίοιο πόμις.




*FLAVESCENT segetes cum Sol volet, mala fusto
In melius indiget tempore, longa dies.*






Nascentes morimur, finisq ab origine pēdet.


(De vita ad mortem mors redditiva trahit.)




*Exiguus tandem grandis fit surculus ARBOR
Abiectusq; puer saepe peritus homo*




*R*ebus in aduersis superata sorte CORONOR:
Sic Sapiens patiens sub cruce latus ouat.



*Pallida mors aquo pede sceptraligonibus aqvat,
 Et regum ante aulas pultat et ante casam.*




PAVLATIM leni decurrit arenula lapsu
 NON IMPETU delabitur.




Adde parum paruo, paruo superadde pusillum,

Tandem de parvis grandis acervv erit.




Perfero, quid faciam? NE QVEO COMPESCERÉ MULROS,
Si vis cedendo vincere, Disce pati.



*Medocet NGENIJ VENTER LARGITORE ET ARTIS,
Calculus impositus quod bene trudat aquam.*




Musica serva de nobis huc otia fecit:
Illa potest homines, illa mouere Deum.




DISCITE IUSTITIAM: laqueus monet illud et ensis,

Quia DEVS in Regum dirigit armam manu.




*CONSENSU POPULI REGNUM SUBSISTIT, et urbes
Pace vigent, ciues si bene conueniant.*




*QVI ME ALIT EXTINCIT, qui me fouet et mouet, ille
(Cum minime credo) me necat, hostis AMOR.*







Vitio certa manet, sequitur sua poena nocente,
 Ante expectatum, clauda ea diuia, venit.




*Langescunt flores radīs Solaribus vſti,
Per plūias soliti tollere sponte caput.*





Ut PRO Gallinis, victoria amore, salaces,
 Non præda, galli, bella cruenta mouent.
 Sic PRO VIRGINIBVS certat lasciva iumenta,
 Atq; etiam saeo vulnere sepe cadit.




TUTIVS VLT POSSIT FIGI MARIS ANCHORA FUNDO,
ADIUUAT HUMANAM PISCIS AMICUS OPEM.




Ornant mortales tacitura silentia Sanctos,


SPES SILET exspectans danda brabeapijs.



*Aduerso sapiens FATO PRUDENTIA MAIOR
SArte malum quisquis corrigit ille sapit.*



*Coniunctis votis, coniuncto pectori quicquid
Postulat, hoc CHRISTI gressus super orbe feret.*




COSI DE BEN AMAR PORTO TORMENTO


Et mor' ogn' hor' lieto è Contento .


Mosca velut sequitur flammarum ac se in iicit igni

Sic veneris trelis lata iuuenta perit .




*Hostia grata Deo mens vero attrita dolore,
Cum delicta prenunt, hostia Sacra DEO*





Qui scit honore bonos cumulari, et plectere fontes,
REX erit is REGNI, vera CORONA, sui.



Qui VIGILI STUDIO Sapientem scriptu volutat,
Hic dici doctus, Cur mereatur, habet.






Sunt duo qui faciunt ut rex in honore sit ars mars
Gloria ab arte venit gloria MARTE venit




*Judice freta Deo superat FIDUCIA / CONSTANS
Omne malum, et Christo sub cruce laeti duce est.*



Oblectant animos Cytharra, Cantusque, Lyræque!
 Musica blandus AMOR plectra mouere docet.
 Musarum purus tamen est castusque Cupido:
 Nisi sit, è cocta mox procul ejicitur.




*Non te sed nummos turpisima bestia sponsus
(Crede) milii qui te tam bene tractat, amat.
At non longum erit hoc thesauris ille potitus,
Mox aliam queret ære tuo venerem.*




*EST CIVILATA MANVS NOSTRA et quod cernere non est,
Id se pro certo credere posse negat.*






*Pulvis et umbra sumus, pulvis nihil est nisi sumus,
Sed nihil est sumus nos nihil ergo sumus.*





*Porto domumque mea MEAQUE OMNIA multis
MECV*


Regibus hoc insl ditor et potior.






Et licet in tumba p̄p̄s decidat alter, et alter.


Vivat adhuc s̄tudijs INVIGILABO TAMEN.





VIRTUTI FORTUNA COMES, Sudore paratur,
Fructus honoris oneris fructus honoris onus.







*Oudee, deus nobis hec otia fecit,
Nolebas, vellet cum facere illa tibi.*



*EX BELLO PAX alma venit, quam poscamus omnes
In galeis condit, PAX veneranda, fauos.*




*Nosse Deum,metuisse Deum, SAPIENTIA summa est,
Querere CORRECTVM hanc nocte dieq; solet.*




Ἐκ πονοῦ ἐσὶ κλέος, τῶνον ἡ δεῖ φευγόμενοι αργοῖ,
Οὐ μέσος μετάχθος γίγεται τάντα τῶνον.




Discipulos ut virga nonis sic virgo maritos
 CASTIGAT. PVEROS haec domat; illa viros.
 Ergo vis animam iuuenis mollire ferocem:
 Des illi vxorem. mox velut agmus erit.



Vana velut nil sunt, vigilate insomnia noctis,
Sic spatium est, quod in hoc vivamus orbe, nihil.




Legibus aeternis manet immutabile eatum,
Non plus fata tamen quam pia vota valent.




*Carecer clausa meo, formido vulturis vngues,
Duplex poena premuit me, satis una foret.*







Inconusa manens ADVERSIS CLARIUS ARDET,
Et duplcat vires Ignibus, ETNA, nouis.




Cernit mortales, sic TRANSIT GLORIA MUNDI,
Noster honor cinis, et pulueris umbra sum.




JVSQUE A LA MORT Je suis le vostre,
Nostre foy ne partage vny autre.




CVIQVE SVVM TRIBVAT, poena vespriamq[ue] fidax
Lance pari, ac aquis omnia ponderibz.



*In virtute meam fortunam colloco vincam
Hac ratione nigram, fortiter, invidiam.*




το φύσις ἡ ψυχή τιναίος αλλὰ γεδονμὲν
Πρόσκαιρον, καμφά εν εἰσι βροτῶ.







*VIRIBVS est IVNGENDA modis SAPIENTIA cunctis
Vt qui nescit robore sepe cadit.*



*Cum SOLUM A SOLE facundum ager omnis ab illo
Fertilis et frugum munere facta Ceres.*




Cubmen ad Aonidum REC TO contendere CURSV
Fert animus Pindi saxa per & tribulos.



SPES ALIT AGRICOLAS messis Dea certa futuræ,
Illa jubet fidem credere semen humo.



Poco a poco come la serbetta,
Veniamo noi, non con la fretta.



*TRIBULAT atq; qualit segetes DITESCERE sperans
Ruficuſ, et nobis crux heri noſtra facit.*




*VICTRIX FORTUNÆ, SAPIENTIA sancta tonatis,
Durat, et exsuperans, cuncta pericla vigeat.*






Alterutrum optandum est, AVT MORS AVT VITA DECORA,
Turpe fugâ vitam querere. Malo mori.





*Auge sit, DONECTORUM LUNA, IMPLEAT ORBEM,
Gallorum talis gloria, Regis erat.*



*Rebus in aduersis, VIRTUS LORICA FIDELIS,
Negligit ambigua tela maligna detinere.*